

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Optimo uiro Geuilhelmo Reiffenstein, amico suo summo, S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Adolescenti studiosissimo Ioanni  
Reiffenstein S.

Martinus reddidit mihi suauissimas literas tuas, mi Ioannes, quæ mihi attulerunt maximam uoluptatem. Gaudebam enim primum patris tui causa, uiri optimi, qui nulla ex re fructum capit aut uoluptatem maiorem, quàm ex studijs tuis ac fratrum tuorum. Deinde delectabar & Reipublicæ causa. adducor enim in spem, ut literæ et honestæ artes integre ad posteros perueniant ac transferantur, cum te ac tui similes uideo tam studiose operam dare literis. Precor itaque Christum, ut faueat tuis studijs ac fratrum tuorum: idq; faciat, si tu quoq; cum toto populo rogabis, ut te adiuuet, & gubernet omnem uitæ tuæ cursum. Amare enim se testatur hanc tuam ætatem, cum dicit: Simite paruulos uenire ad meritum est enim regnum cœlorum. Hoc classico, hac uoce uocat tui similes ad honesta, & pollicetur precium ingens. Hanc uocem Dei nostri ac saluatoris, mi Ioannes, memineras tibi sequendam esse. Idem Christus custodiat & conseruet te semper, & gubernet tua studia ad utilitatem Reipublicæ, & ad suam laudem. Bene uale. Matrem tuam uerbis meis reuerenter saluta.

Optimo uiro Guilhelmo Reiffenstein,  
amico suo summo, S. D.

Quod faustum & felix sit, proficiscitur isthuc  
iuuenis,

iuuenis, cum quo egimus, ut suscipiat curam docē-  
dorum liberorum tuorum. Tu de eo pro tuo iudi-  
cio statues. nam mihi quidem probatur ingenium,  
& spero non defuturam fuisse ei negocij fidem. Id  
sum secutus tunc quoq; cum eum ad Alberti Comi-  
tis filium mitterem. Multum enim refert, quo ge-  
nere orationis initio pueriles aures personent.

Quod cogitas liberos tuos hoc tempore huc mitte-  
re, malim te eos domi retinere, donec uirēs erūt fir-  
miores: et præceptor quanquā est cupidus, tamē iu-  
dicat te debere rationē habere etatis teneræ, quod  
non semper aerem peregrinum, uel culinam alio  
quā nostro more instructam, commodē tolerare  
possunt. Ad hæc, prius te præceptoris ingeniū, ac  
rationem docendi, domestica consuetudine uelim  
explorare. Imitaberis meum consilium. Ego ex ani-  
mo opto, ut Christus tuorum liberorū studium for-  
tinet, eosq; conseruet. Bene uale. Vitebergæ, die  
20 Iunij.

Amico cuidam. *P. Ober. Disp. p. 293.*

S. D. Et uos liberatos esse miserij obsidionis  
& oppidū utrunq; seruari gaudeo: ac utrunq; aspi-  
cuis & ueris gemitibus ac uotis à Deo petiui. Nec  
in hoc exilio meo magis de meis miserij, quā de  
Pastore, Crucigero, & de te, cæterisq; inuocātib;  
Deum in illa dulcissima patria nostra, in qua ma-

x 4 nere